

3  
S. S. Malteström Ant. 1919

SPECIMEN

*PHILOSOPHICAM ANTHROPOLOGIAE  
COGNITIONEM IDONEO PUEGORUM  
INSTITUTORI NECESSARIAM*

SISTENS.

CUJUS PARTICULARAM I

*Venia Ampl. Facult. Philos. Aboëns.*

PUBLICO EXAMINI SUBMITTENT

*JOHANNES HENR. AVELLAN,*

*Philos. Praet Docens,*

ET

*GUSTAVUS NECLAIR,*

*Stip. Reg. Tavastensis.*

In Auditorio Physico die XX Dec. MDCCCXL

*H. a. m. s.*

---

*ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.]*

*Semina in corporibus humanis divina dispersa  
sunt, quæ si bonus cultor excipit, similia origini pro-  
deunt, & paria his, ex quibus orta sunt, surgunt.*

SENECA.

  
**O**mni absque educatione, cæca tantummodo na-  
turæ vi, seu instinctu, bruta animalia ad  
eum pervenient perfectionis gradum, quem cuique  
sua naturæ insita præfinivit indeles: homo non item.  
Cui quamvis facultatum semina excellentissimarum  
indita sint, attamen non nisi languida & caduca e-  
mittunt germina, quin & fere extincta jacent, nisi  
impensiore cura sollertia cultu fuerint excepta.

Præter illam igitur vim, qua vel vitæ necessi-  
tates vel fortuiti qvivis rerum eventus ad culturam  
hominis quadantenus præparandam & adjuvandam  
valeant, aliam, eandemque a ratione & cœsilio pro-  
fectam, homini ab homine deberi educationis cu-  
ram, in promtu est. Id quod antiquorum etiam  
temporum hominibus probe fuit perspectum: nostra-  
tibus quid dicam?

§. 2.

Sed res magis in abdito semper posita, & haud  
scio an vel hodie dilucide satis explicata, illa conti-  
A netur

netur quæstione: *qua demum via ita tentanda ac instituenda sit hominis educatio, ut gravissimi incepti operis prosperum expectare liceat successum?*

Cui quidem enodandæ amplissimam in eo sitam putes materiam, quod unanimi fere consensu recentiores in primis educandi magistri præcipiant: hominis educationem ita rite administrari, si cunctæ tam corporis quam animi humani facultates, vires dotesque bene exultæ, ordine a natura præscripto explicatæ, & indiciis vestigiisque ejus acriter insistentio ad maturitatem perductæ fuerint. (a)

## §. 3.

(a) Sic *Cel. NIEMEYER* in initio fere (p. p. 11, 12.) egregii operis: *Grundsätze der Erziehung und des Unterrichts* (fünfte Ausg.) haec disserit: §. 6. — "Die Hervorbringung der ursprünglichen Kräfte und ihre Vertheilung in mannichfältigem Maas und Verhältniss ist lediglich das Werk ihres Uhrhebers. Zu ihrer Ausbildung aber — durch ihre Aufregung, Veranlassung, Richtung, so wie durch Wegräumung dessen, was ihre freye Wirksamkeit hindern könnte, — planmäßig mitzuwirken, dies ist die Sphäre, worin die Erziehung thätig werden soll. §. 7. — "Eine vernünftige Erziehung kann sich keinen andern Zweck setzen, als das Menschliche (die Humanität) in dem Menschen so vollkommen, als es bey jedem Einzelnen der Gattung möglich ist, auszubilden. Je vollkommner die Ausbildung aller menschlichen kräfte erfolgt, und je harmonischer sie zusammenstimmen, desto näher ist der zöglings dem Ideal der vollendeten Menschheit gebracht."

§. 3.  
Quæ bene quamvis sic constituta res, multas tamen magnasque difficultates habet.

A 2

Nam

IMM. KANT, über *Pedagogik*. Herausgegeben von FR. TH. RINK. (Königsberg 1803) p. 13. "Die Erziehung ist eine Kunst, deren Ausübung durch viele Generationen vervollkommen werden muss. Jede Generation, versehen mit den Kenntnissen der vorhergehenden, kann immer mehr eine Erziehung zu Stande bringen, die alle Naturanlagen des Menschen proportionirlich und zweckmäßig entwickelt, und so die ganze menschengantung zu ihrer Bestimmung führt. — Die Vorsehung hat gewollt, daß der Mensch das Gute aus sich selbst herausbringen soll, und spricht, so zu sagen, zum Menschen: — "Gehe in die Welt, — so etwa könnte der Schöpfer den Menschen anreden! — "ich habe dich ausgerüstet mit aller Anlagen zum Guten. Dir kommt es zu, sie zu entwickeln, und so hängt dein eignes Glück und Unglück von dir selbst ab."

F. H. C. SCHWARZ, *Ehrziehungslebre*. 1. Band (Leipzig 1802) p. 7. haec habet: Zwar könnten allerley bekannte Erklärungen (des Begriffes der Erziehung) angegeben werden, als zum Exempel: Die Erziehung ist eine Veranstaltung zur Entwicklung des Menschen: u. dergleichen volltonende Worte mehr: aber wir wollen ja etwas mehr als Worte, und hier fällt mir jener Gedanke ein, der mit dem richtig treffenden Lebenssinne so leicht dahin gesagt wurde: "Wenn die Menschen nicht wissen, was sie mit sich selbst wollen, wie können sie das Erziehen begreifen?" Wohl! Die menschliche

Nam quicunque id sibi injunxerit negotii ut hominem quendam, fovendis exerceendisque cunctis singularisque ejus facultatibus, ad finem, universo harum ambitu determinatum, dirigat & pervehat, is accuratisima fane totius humanæ naturæ gaudeat notitia, necesse est. Etenim qui hae destituitur, ei fida deficiunt indicia, quorum ope, & bona quævis atque merita in alumno suo a malis noxijsque recte dijudicare, & quæ illi propria ac privata vel forsitan adscititia sunt, ab iis quæ communi hominum natu-

Natur müssen wir also vor allen Dingen betrachten, und sie so genau wie möglich kennen lernen, um zu sehen, wie sie sich entwickelt, und was man daran thun kann. Man nennt gewöhnlich Bestimmung des Menschen, was er ist und was er werden soll. Wollen wir Regeln haben, wie wir erziehen sollen, so müssen wir die Gesetze wissen, wornach sich die Menschenkraft entwickelt. Je tiefer diese Kenntniß, desto grösser der Gewinn für unser Geschäft."

Postremo Ioco adhuc afferre libet, quæ hac de re a Cel. F. E. PETRI in libro: *Magazin der Pädagogischen Litteraturgeschichte, — Erste Samlung.* (Leipzig 1805) hunc in modum disputata ac Ephem. Litter. Lips. Anno 1805 St. 30 p. 469 inserta sunt: "Erziehung des Kindes zum Menschen kann und soll nichts anders feyn, als eine durch die Idee der vollkommenen Menschheit geleitete unablässige, planmässige Beförderung der Stufenmässigen Entwicklung und harmonischen Wirksamkeit aller Kräfte des Kindes von seinem Wahrnehmbaren Entstehen, bis zur vernünftigen Selbstthätigkeit."

natura continentur, rite discernere discat. Præterea omni stabili caret fundamento, unde suis alumni ingenium vel effingendi studiis, vel temperandi consiliis adminicula petat sumatque: quippe qui commercium, quo externæ res corporis & animi facultatibus subjiciuntur, vimque, qua illæ ad hasce formandas excolendasque possint, aut plane ignorat aut leviter admodum subodoratur.

In quovis itaque, qui in educando alumno, curæ suæ commendato, feliciter versari queat, desideratur, apertum est: ut cunctas vel saltem præcipuas cum corporis tum animi vires facultatesque inter noscat; nexus præterea, quo inter se conjunctæ sunt, non minus quam ordinem gradumque, quo animalia alias excipiunt ac antecellunt, rite calleat; effectum denique, quem res circumjectæ, nec non diversæ educandi viæ & consilia, tam in singulis facultatibus colendis ac explicandis, quam in toto formando charactere edent, acute præsentire & penetrando quasi assequi possit.

### §. 4

Indicata sic breviter materia, quam perceptam sibi penitus omnesque in partes versatam habeat idoneus quisque educator, observare jam hic attinet illam, si non totam prorsus, at saltem maximam partem ex pauca scientiarum Anthropologiæ & Philosophiæ nomine celebratarum esse depromendam.

Cui

Cui quidem suscipiendo feliciterque peragendo nemo par esse operi potest, nisi qui his in scientiis diligenter & præclare fuerit versatus. Quippe quarum solida instructus sit oportet cognitione, non modo is, qui moribus puerorum fingendis præfectus est, verum etiam qui ingenii eorum excolendi bonisque artibus imbuendi gravissimum in se suscep- rit munus, nomine *Institutoris* a nobis insignien- dus. (b)

Id quod specimine hoc Academico in sequenti- bus pro virili comprobandum nobis sumsimus.

Ad quam rem ut faciliorem, & nonnullis argumentorum præsidiis munitam, nobis aperiamus viam, prima Anthropologiæ & Philosophiæ linea- menta in antecesum leviter adumbrasce juvabit.

### §. 5.

(b) Forsitan definitum sic *Institutoris* munus eis minus arri- debit, qui omne illud in eo ponere soliti sunt, ut non- nisi abundantem, cuiuscunque utilitatis nomine commen- dabilem cognitionis materiam discentibus exhibeat, & quantum fieri possit mentibus intrudere conetur, parum de eo solicii, an materiae huicce digerendæ ac rite per- spiciendæ discipulorum ingenia paria jam sint nec ne? Qua quidem re produnt, se ingenia humana infundi- bulorum instar habere, quibus qui velit, quantum li- beat infundat, ea modo adhibita cautione, ne den- sam nimis & confertam, fluidissimi loco liquoris, im- mittat maslam.

### §. 5.

Igitur Anthropologiam illam putamus esse sci- entiam, quæ universam communemque hominum naturam, qualē eam observandam sistit experien- tia, talem describit atque exponit. Quæ quidem cum ex duabus præcipuis conflatur partibus, cor- pore & animo; fieri non potest, quin Anthropololo- gia in utriusque horum separatim quoque explican- da versetur natura.

Corporis autem descriptio id maxime præsta- bit, ut cognoscantur tam quæ peculia ac fere privata corpori sunt, quam illa vis sua, cuius bene- ficio intimum sibi, quo honestatur, cum animo ex- oritur commercium. Sic inter illa referuntur, quæ, ipsi cum omnibus etiam plantarum familiis commu- nia, vitæ sustentandæ ac generis propagandi ap- petitu continentur. Laudato autem commercio ce- rebrum, nervi musculique, nec non sensuum ex- ternorum organa aperiunt viam. (c)

### §. 6.

(c) Disquisitionibus Physiologicis Psychologicisque jam extra dubium posita res est: — quod cerebum centrale illud sive intermedium constituit organum, in quod animi non minus quam corporis facultates stimulando agunt. Illius nimirum facultatibus, modo quamvis inexplicabili, im- mediate contingendi seu afficiendi locum suggerit sub- struitque. Quo fit, ut, quæcumque in animo volvantur, si consilia aut ineantur, aut voluntatis decreto confir-

## §. 6.

Sed expositis præcipuis corporis viribus, facultates animi dotesque describere Anthropologiæ est.

Quarum quidem *primum* singulæ ita observandæ sunt, ut quid maxime quæque contineat atque præstet cognosci queat & perspici. Sic intellectus illam

mentur, corpori exsequenda communicari possint. Cui tamen communicationi revera efficiendæ, qui subsidio veniant, nervi etiam necessario requiruntur. Hi videlicet radiorum instar ex cerebro veluti ex centro emisi, & canalium quasi vice fungentes sensitivam cerebri vim per totum corpus quoquaversus provehunt & diffundunt, atque sic iis, quæ animum moveant, corpus afficiunt. Prætereaque cum muscularum, qui movendi corporis præcipua organa sunt, texturis artissime innectantur, hac re quidem complurimos corporis motus cunctaque ejus agendi vim, voluntatis imperio subjiciunt. Alterum vero, quod nervis competit munus, in eo consistit quod sensitiva cerebri vi instructi, ad affectiones omnes corpori proprias, eas puta quæ vel vegetabilem corporis vitam respiciunt, vel e rebus circumiectis profecta, sensuum externorum via animum petunt, in cerebrum retorto itinere reducendas atque inde animum usque propagandas valent. Qua itaque sic præfita corporum opera, corpus tam servi ministerio quodam subactum, quam instructoris munere honestatum animo subiungitur. Universa de hac re Doctrinam accuratius expositam qui cupiat nosse, adeat librum Cel. CHR. BERNOULLI: *Versuch einer physischen Anthropologie*. (Halle 1804).

mus. Etenim cum ex corpore homo & animo constet, quorum amborum arctissima est conjunctio; conjunctum adeo vires suas exserant, neesse est, ut fere nihil corpus efficiat nisi animi quibusdam adjutum opibus, nec magni quidquam animus agat corporis destitutus ministerio. Quo fit, ut homo corporis animique Physiologo scilicet & Psychologo non sigillatim modo observandam sifstat naturam, sed præterea etiam ex duabus quidem illis conflatam aliam, eandemque communibus earum effectibus commutationibusque speactibilem.

Sic ex complexione illa corporis, a nervorum quibusdam affectionibus oriunda, (f) quam temperamentum sanguinis appellare moris est, cum intellectus facultate conjuncta, ni videlicet aliæ adsint quærem varient causæ, (g) ea enascitur animi vis quibus-

(f) Diversitatem temperamentorum ex nervorum affectionibus esse derivandam docet Cel. BERNOULLI L. c. p. 79. §. 72 hæc disserens: Eine gewisse bleibende Stimmung oder Temperatur unserer ganzen Empfänglichkeit oder Reizbarkeit ist das, was wir Temperament des Menschen nennen. Es ist das Resultat, oder die Totalsumme aller einzelnen Veränderungen, welche mannigfaltige äusserre Umstände, entweder unmittelbar oder mittelbar, in dem Nervensystem der Menschen hervor bringen. Cf. KANT *Anthropologie* (Königsberg 1800) pag. 256.

(g) Inter causas vero quæ non minus temperamentorum quam aliarum corporis affectionum vim, cum in intellectum,

busdam in hominibus correspicienda, qua ad rerum notiones celeriter percipiendas promtos quidem & alacres, verum ad diligentius considerandas accuratiusque perpendendas, segnes valde & perparum inclinatos se præbeant. Quæ eadem corporis complexio memoriam ita temperat modificative, ut celeritate quidem percipiendi eam subornet, sed tenacitatem simul minuat. Imagines vero seu formæ rerum Phantasia conceptæ, ut crebro & perpetim commutentur efficit. At ne plura consecpter, comprehendam brevi: illud, de quo loquimur, temperamentum conjunctam cum animi facultatibus exferens vim, hominem & in consiliis multiplicem ac varium & in negotiis agilem, levemque reddere valet. (b)

Ex quo allato exemplo satis poterit intelligi, in qua præcipue materia hancce Anthropologiæ partem collocatam putemus. Quam qui probe perspectam sibi habeat rem, eum eximia certe non fugiunt commoda ex studiis hujusce impensis colendis redundatura. Quæ nimirum in eo præsertim con-

---

tum in ceteras animi facultates, valde diminuere & varie modificare possint, imprimis referendæ sunt: *voluntas ipsa* cuiusque hominis, & illa magis minusve sollers *educatione* qua quis exceptus & institutus fuerit.

(b) Ceterorum temperamentorum, puta, *choleræ*, *pblegmatis*, *melandcholie*, quorum in Anthropologia mentio fieri solet, diversam, cum diversis commerciū animi facultatibus

illam animi constituit facultatem, qua rerum exhibitarum notiones cogitando concipere animus vallet. Imaginatio eam, quæ formas rerum quondam conceptas, seu imagines, tam denuo animo repræsentare, quam pro lubitu in novas, easdemque rerum exemplis vel dissimillimas, convertere & diffingere. Memoria ea est, quæ præteritas intellectus non minus quam sensuum perceptiones cum præsentibus connectit. Conscientia sui autem illa facultate continetur, qua mens omnes omnium facultatum perceptiones, & a rebus perceptis & a semet ipsa diversas ac separatas esse perspicere valet. Dicernit itaque hujus ope mens non memoratas modo *objectiones* facultates suas earumque perceptiones, sed etiam *subjectivas*, seu *passivas*, dignoscit, quæ ut voluptatis dolorisve sensu perfundatur, cupiditatibusque inde oriundis agitetur, efficiunt.

*Deinde* vero, si dilucide adeo, ut internosci possint, explicatae fuerint facultates, definienda est illa demum vis, eademque varia, qua sese eadem vel in variis hominibus, vel variis temporibus exferere soleant.

*Denique* quantum fieri posse ostendatur, quæ vi diversi rerum status, ad diversas animi facultates aut fovendas excitandasque, aut temperandas, aut demum deprimendas & prorsus extinguiendas pollent. Quas tamen in universa corporis & animi natura comprehensas, cum omnes separatim sic

pertractet Anthropologia; diffitendum quidem non est, communem & fere eandem cum Somatologia seu Physiologia atque Psychologia empirica, (d) illam sibi vindicasse materiam.

Id quod quidem ipsa rei natura postulat, cum accurasier quæque Anthropologiæ pertractatio non possit non duas, quarum jam mentionem fecimus, continere partes. (e)

### §. 7.

Sed, separatim sic pertractanda corporis animique humani natura, non omnino omnes exempli Anthropologiæ numeros, e re est ut moneamus.

(d) Utriusque scientiæ definitionem qui concinnam cupierit, consulat Cel. KRUG, in libro: *Versuch einer Systematischen Enzyklopädie der Wissenschaften*. Zw. Th. (Jena 1797) §. 160, 161.

(e) Late ita patentem quis Anthropologiæ determinavit ambitum exemplo heic sit Cel. GRUBER, qui mox in initio libri: *Versuch einer pragmatischen Anthropologie*. (Leipz. 1803) talem Anthropologiæ exhibit definitionem: Sie (die Anthropologie) lehrt uns den Menschen, seine natürlichen Beschaffenheiten und Eigenthümlichkeiten mit ihren Vorzügen und Mängeln kennen. Sie macht uns also bekannt, 1) mit seinem sichtbaren Theile, oder seinem Körper deslen Theilen und ihrer Zusammensetzung, Gestalt und Bau, seinen Kräften und Fähigkeiten: 2) mit denen Eigenschaften und Kräften des Menschen, die wir ausser den körperlichen an ihm bemerken, und dem Körper nicht Zuschreiben können, - - - nemlich denen der Seele.

mus. Etenim cum ex corpore homo & animo constet, quorum amborum arctissima est conjunctio; conjunctum adeo vires suas exferant, necesse est, ut fere nihil corpus efficiat nisi animi quibusdam adjutum opibus, nee magni quidquam animus agat corporis destitutus ministerio. Quo fit, ut homo corporis animique Physiologo scilicet & Psychologo non sigillatim modo observandam sistat naturam, sed præterea etiam ex duabus quidem illis conflatam aliam, eandemque communibus earum effectibus commutationibusque speactibilem.

Sic ex complexione illa corporis, a nervorum quibusdam affectionibus oriunda, (f) quam temperamentum sanguinis appellare moris est, cum intellectus facultate conjuncta, ni videlicet aliæ ad sint quærem varient causæ, (g) ea enascitur animi vis quibus-

(f) Diversitatem temperamentorum ex nervorum affectionibus esse derivandam docet Cel. BERNOULLI L. c. p. 79. §. 72 hæc disferens: Eine gewisse bleibende Stimmung oder Temperatur unserer ganzen Empfänglichkeit oder Reizbarkeit ist das, was wir Temperament des Menschen nennen. Es ist das Resultat, oder die Totalsumme aller einzelnen Veränderungen, welche mannigfaltige äusserre Umstände, entweder unmittelbar oder mittelbar, in dem Nervensystem der Menschen hervor bringen. Cfr. KANT *Anthropologie* (Königsberg 1800) pag. 256.

(g) Inter causas vero quæ non minus temperamentorum quam aliarum corporis affectionum vim, cum in intellectum,

busdam in hominibus conspicienda, qua ad rerum notiones celeriter percipiendas promtos quidem & alacres, verum ad diligentius considerandas accurateiusque perpendendas, segnes valde & perparum inclinatos se præbeant. Quæ eadem corporis complexis memoriam ita temperat modificative, ut celeritate quidem percipiendi eam suborinet, sed tenacitatem simul minuat. Imagines vero seu formæ rerum Phantasia conceptæ, ut crebro & perpetim commutentur efficit. At ne plura consecter, comprehendam brevi: illud, de quo loquimur, temperamentum conjunctam cum animi facultatibus exserens vim, hominem & in consiliis multiplicem ac varium & in negotiis agilem, levemque reddere valet. (h)

Ex quo allato exemplo satis poterit intelligi, in qua præcipue materia hancce Anthropologiæ partem collocatam putemus. Quam qui probe perspectam sibi habeat rem, eum eximia certe non fugiunt commoda ex studiis hujusce impensis contendis redundatura. Quæ nimirum in eo præsertim con-

---

tum in ceteras animi facultates, valde diminuere & varie modificare possint, imprimis referendæ sunt: voluntas ipsa cujusque hominis, & illa magis minusve sollers educatione qua quis exceptus & institutus fuerit.

(h) Ceterorum temperamentorum, puta, *choleræ*, *pblegmatis*, *melandebolæ*, quorum in Anthropologia mentio fieri solet, diversum, cum diversis commercium animi facultatibus